



Jus Canonicum Practice Explicatum

Seu Decisiones Casuum Ad Singulos Decretalium Gregorii Papæ IX. Titulos,
& ad Consuetum Referendi Modum accommodatae

Complectens dimidiam Decretalium Partem, videlicet nonaginta duos
Titulos, nimirum usque ad Titulum XX. Libri de Feudis exclusivè

Pichler, Vitus

Ingolstadii, 1728

Quæst. III. Quid remedii competit Domino contra talem Procuratorem?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62305](#)

non nocet, quando Procurator exce-
dit mandatum &c. ut paulo ante di-
cuntur. Ad IV. Iterum negatur conseq.
propter easdem rationes & limitatio-

nes in Jure fundatas. Ad V. & VI.
Illa iterum procedunt tantum in thesi
& generaliter, non in nostra & præ-
fenti hypothesi.

Q UÆST I O II.

*An negligentia & contumacia Procuratoris noceat
Domino?*

R egula est inter DD. recepta, quod
Procuratoris negligentia noceat
Domino. per text. in l. 10. C. de Procu-
r. l. transactionis 7. C. de transact. Rosbach tit. 19. n. 29. Gail l. obser.
45. n. 1. cum Bart. & aliis in l. 1. §.
2. ff. quis jus dicenti. & Baldo & Sa-
lyc. in aut. bodie C. de Appell. Sibi
enim imputare debet Dominus, quod
negligentem Procuratorem constituerit.
l. 29. ff. de Minor. inf. nec refert, utrum
Dominus sciverit vel ignoraverit neglig-
entiam Procuratoris. Rosbach. loc.
cit. Carpzov. p. 1. Const. 1. def. 12.
n. 4. in Jurisprud. For. cum Felin. &

Natta. Unde inferunt, si Procurator
terminum probatorium præterlabi
passus est, vel post latam contra suum
Principalem sententiam intra decen-
dium non appellavit, nec Dominum
postea amplius audiri. Bart. lo. cit. §.
si procurator. salvo tamen regressu, &
suo modo restitutione in integrum,
ut dicetur in q. 3. Nec refert, quod
negligentia Procuratoris conjuncta fue-
rit cum contumacia. per c. 1. ut lit.
non contest. Brunem. ad l. 3. C. de Pro-
cur. n. 4. Ne vero ex aliena culpa do-
minus patiatur damnum, nunc deci-
enda est

Q UÆST I O III.

*Quid remedii competit Principali, qui propter culpam
Procuratoris cecidit causâ?*

E xpedita est apud Auctores respon-
sio, quod competit ei actio man-
dati directa ad interesse, & ad servan-
dam plenam indemnitudinem. l. 6. l. 8.
l. 41. ff. mandati. & arg. l. 43. §. 1.
ff. de administratione & periculo tutor.

& quidem ob summam æquitatem.
Verlochner de actionib. forens. tit. Actio
Mandati directa n. 3. in f. Gail. 1. ob-
serv. 45. n. 4. Carpzov. def. 12. cit. n.
6. cum aliis. si vero Procuratori sol-
vatur merces, potius actio locati datur.

At

Cc 3

At verò controversum esse video, ex qua culpa Procuratoris competat Domino hec actio mandati (vel locati) Sunt, qui non modò dolum, culpam latam, & levem, sed & levissimam à Procuratore generaliter præstandam esse contendunt, uti Struv. in *Syn-tagn. Jur. Civ. exercit.* 22. th. 10. Wifsenbach in l. 23. ff. de R. I. n. 19. Harprecht ad *Inß. de Mand.* f. 8. à n. 21. Cyn. in l. *Procuratorem C. Mandati.* propter text. in l. 13. C. *Mandati.* ubi asseritur, omnem à Procuratore culpam præstari debere, & ibi gl. ad d. v. omnem. Cui ratio adstipulatur, eò quod omnis mandatarius tacite videatur promittere omnem & exactissimam diligentiam, dum de gerendo alieno negotio mandatum suscipit; & ex l. 21. C. eod. appareat, majorem in rebus alienis gerendis adhibendam esse soleritatem, quam in propriis.

Verior tamen mihi videtur sententia, quæ generalibus Juris principiis inhærendo distinguit inter negotia, quæ Procuratori aut Mandatario gerenda committuntur, ita ut in negotiis, quæ ex natura sua modicam diligentiam requirunt, aut in solius Mandantis utilitatem cedunt, solum *dolus* & *culpa lata*: in iis verò, quæ mediocrem industriam exigunt, aut in utilitatem utriusque, tam Mandantis quam Mandatarii, spectant, insuper *culpa levis*: ac demum in iis, quæ per se exactissimam postulant sagacitatem, aut in solius Mandatarii utilitatem redundant, etiam *levissima culpa* veniat à Mandatario præstanda. Ita magnus

Molina de I. & I. tr. 2. d. 549. n. 6. Schrader. de Mandato n. 24. seqq. Wiesnbec. ad ff. *Mandati* n. 10. Locati 15. Brunem. ad l. à *Procuratore* 13. C. *Mand.* Manz. de *Procurat.* n. 316. V. lohner lo. cit. n. 6. Sumitur ex l. 21. ff. de R. I. ubi contractus Mandato citur recipere *dolum* & *culpan*, sic recipit *commodatum*, *venditio*, *locatio*, *pignus* &c. ergo insinuator Mandati contractu quoad præstatu-nem culpæ observandas esse regula aliorum contractuum, quæ pro qualitate negotiis, & cum respectu ad utilitatem, quam contrahens percipit, diversam culpam præstari volunt. Quid facit etiam l. 11. C. *Mand.* uti & aquitas rationis; quia planè non videt majorem diligentiam promittere Mandatarius, quam natura negotii sufficipti exigit, aut commodum in superfluous. Rosbach de *Mandato* tit. n. 46. Unde, cum negotia Judicia-lia exigit maximam diligentiam, Procurator ad item tenetur præstare culpam levissimam, & de hoc intelligenda venit l. 13. in contrarium allegata. Ratio in oppositum adducta, plane vera non est in omnibus negotiis, praesertim extrajudicialiter tractandi.

Quæres, an Domino, ex facto vel negligentia Procuratoris graviter laeso, non competit restitutio in integrum: n. 1. cum communi, competit ex clausula generali l. 1. ff. ex quib. caus. major. fed non in casu, quo Procurator vel Mandatarius est sufficiens ad omne interesse & damna vi actionis mandari resarcienda Domino; quia tunc habe-

ter Dominus remedium ordinarium, quo supponente regulariter non competit extraordinarium, cuiusmodi est restitutio in integrum. per text. in l. i. t. que fullo. 12. ff. de furt. l. eleganter. 7. s. penalt. ff. de dol. mal. Gail. n. 6. Oldendorp. de actioni. class. 4. act. 2. q. 4. §. 5. Si Procurator. Welenbec. ff. ex quib. caus. major. n. 5. Carpzov. lo. cit. def. 13. n. 2. & alii, quos ci- ta & lequuntur Hartm. Pistor. p. I. q. 31. 2. & seqq.

Sed quid remedii in praesenti casu competit Calixto, qui per imprudentiam confessionem Procuratoris, & per contumaciam illius in non comparendo intra terminum probatorium perdidit bonam item 1000. florenorum? n. salvo regressu ad interesse & damnis adversus Procuratorem (scilicet quoad expensas in novam item facendas, & quantum interest Domini, processum non debite gestum fuisse) potest agere remedio nullitatis processus; quia juxta superius dicta neutrō modo potuit nocere Domino, sed nulliter egit tum excedendum mandatum per suam confessionem, num contumaciter non comparendo:



TITU-